

Joachim Lussow Johannes Wagner

Disputatio Iuridica. De Testamentis Ordinandis

Rostochi[i]: Pedanus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731646258>

Druck Freier  Zugang



Testament - Erstellung

Joach. Lussow (Joh. Wegener) - Vert.

RU. inv. 1636.

59 39
53

DISPUTATIO JURIDICA.
DE
TESTAMENTIS
ORDINANDIS.

Quam

Adjuvante

D. T. O. M.

Permissu

*Nobilissima & Amplissima Facultatis Juridicæ in Academia
Rostochiensis.*

Sub Præsidio


Viri Clariss. & Consultiss.

Dn. JOACHIMI Lussow/ J.U.D.

Publice defendendam proponit

JOHANNES Wegener/ Rostock.

*Habebitur. d. 19. Mart. in Auditorio
majori.*



ROSTOCHI,

Litteris Viduæ JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXXVI.

1636

TESTAMENTIS



Deo ter opt. Max. adjuvante.

Thef. I.

DE testamentis ordinandis disputationem in præsentia-
rum exhibiturus, non abs re me facturum confido, si
præmissa primùm nominis explicatione, deinde rei i-
psius tractatum aggrediar, omnis enim quæ ratione su-
scipitur tractatio, à nominis explicatione merito ordi-
enda *arg. l. 1. ff. de l. & l. 1. ff. de pact.*

I I.

Testamentum igitur ex eo appellatur quod sit testatio men-
tis *pr. Inst. de test. ordinand.* non quasi notatione Etymologica, sed
ad vocabuli sonum allusione, & ficta notatione *Ampliff. Dn. Lindem.
Exerc. Inst. 3. th. 1. Vvesenb. h. t. n. 3. Anton. Matt. in suis animadv. princ. h. t.*

I I I.

Definitur autem testamentum *in l. 2. ff. Qui testam. fac. poss.*
quod sit voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post
mortem suam fieri velit.

I V.

Per voluntatem intelligit Imp. liberam, non coactam *l. 1. c.
de Sacros. Eccles. quæ tamen intra juris cancellos continetur No-
vell. 22. c. 2. in pr.*

V.

Nostram iquit; quia non debet pendere ex alieno arbitrio
l. illa institutio 32. in pr. ff. de heredib. instit.

I V.

Dicitur iusta sententia, h. e. legitima, seu quæ jure facta est
*l. 4. ff. Qui testam. fac. poss. l. 1. ff. de Injust. rupt. & irrito. arg. l. 120 ff. de V. S.
& hæredis institutionem continet §. ante hæredis 34. Inst. de legar.
l. 1. ff. de hæred. instit.*

A 2

7: Deinde

V I I.

Deinde post mortem additur, quoniam testamenta post mortem demum valent, nan viventis nulla est hereditas *l. i. ff. pro hered. vel poss. l. 62. ff. de R. I. & testatoris voluntas usq; ad extremum vitæ spiritum ambulatoria est d. l. i. C. de SS. Eccles. l. 4. de a. dimend. vel. transf. legat.*

V I I I.

Genera testamentorum varia olim fuerunt §. i. *Inst. h. t.* hodie vero omne testamentum vel publicum est vel privatum *Dn. Lind Exercit. 3. t. 10. th. 7.*

I X.

Publicum testamentum est quod publica fide & auctoritate nititur, dum vel principi per supplicationem offertur, vel apud acta cuiuscunq; iudicis reponitur *l. omnium 19. C. de testament.* & cum omnium testamentorum solemnitatem superare dicitur *in d. l. 19. nullas præterea solemnitates requirit, sed etiam absq; testibus subsistit Fach. 6. controvers. 86. Minsing. 6. observat. 29. Berlich part. 3. concl. practicab. conclus. 4.*

X.

Privatum (de quo potissimum hoc loco sum dicturus) est quod privata auctoritate nititur & duas habet species, est enim testamentum illud vel solenne, vel minus solenne, & utrumq; rursus fit vel per scripturam, vel sine scriptura, unde illud solenne scriptum, hoc vero nuncupativum dicitur *l. patris 20. §. i. ff. de Vulg. & pupill. subst. §. fin. Inst. de testam. ordin.*

X I.

De testamento solenni scripto primo loco; fit autem ejusmodi testamentum quando testator ultimam suam voluntatem per scripturam conficit ut loquitur *ICtus Alp. in d. l. 20. §. i. ff. de Vulg. & pupill. subst.* seu ut *Dd.* loquuntur; quando testator ultimam suam voluntatem in scripturam redigit, eò animo ut testamentum debeat esse scriptum.

X I I.

Ut autem hoc testamentum valeat, duo consideranda veniunt, primo an is qui fecit, testamenti quoq; factionem habeat, secundo

secundo si habuerit an rite & secundum regulas juris testatus sit
l. 4. ff. qui testam. fac. poss.

X I I I.

Prius quod attinet, sciendum, non omnibus licitum esse testamentum facere pr. Inst. Quib. non est permis. fac. testam. sunt enim nonnulli qui expresse prohibentur d. r. quib. non est permis. fac. testam. & passim t. r. ff. & C. Qui testam. fac. poss.

X I V.

Inter illos autem primo recensendi impuberes, hi enim testamentum facere non possunt, quia nullum eorum animi iudicium est, ut inquit imperator in §. 1. Inst. d. r. l. a qua aetate §. ff. qui testam. fac. poss.

X V.

Secundo prohibentur furiosi d. §. 1. l. furiosum §. C. qui testam. fac. poss. vel non. quia eorum voluntas nulla dicitur. in l. furiosi 40. ff. de R. I. si tamen ante furorem fecerint & consumaverint, vel per id tempus quo furor eorum intermissus est, valet eorum ultima voluntas, nam neq; testamentum recte factum neq; ullum aliud negotium recte gestum, postea furor interveniens perimit d. §. 1. & d. l. 9.

X V I.

Tertio mente capti l. 2. & l. 17. ff. h. r. in eo enim qui testatur integritas mentis non corporis sanitas exigenda est. d. l. 2. & l. 3. C. qui testam. fac. poss.

X V I I.

Quarto prodigi, qui furiosis comparantur, ut in l. 1. ff. de curat. furio. & l. 6. ff. de V. O. testamentum facere non possunt §. 2. Inst. quib. non est permis. fac. test. l. 28. ff. h. r. l. 40. ff. de R. I.

X V I I I.

Est autem prodigus qui neq; finem neq; tempus expensarum habet, sed bona sua dissipando profundit, cuiq; ob id bonorum suorum administratio interdicta est. d. l. 18. ff. qui testam. fac. poss. d. §. 2. Inst. quib. non est permis. fac. l. 10. & 16. §. 1. ff. de curat. furios. l. 3. C. de in integ. restit. Haenon. disp. 8. pandect. thes. 4. l. d. Minsing. in §. furiosi de curatorib.

A 5

19. Quinto

X I X.

Quinto muti & surdi natura ita nati qui prorsus nihil audire nec loqui possunt, testari nequeunt, l. 6. §. ult. ff. h. t. § 3. Inst. qui testam. fac. poss. Si vero hæc vitia casu acciderint & ponamus homines literas scientes, omnia quæ prioribus interdicta sunt, hæc ipsis suis manibus scribentibus permittuntur. l. 10. C. qui testam. fac. poss.

X X.

Item si infortunium illud discretum sit, & vel surdi tantum inveniatur, qui vocem tamen articulatam à natura concessam habent, vel lingua tantum præpediti, qui aures tamen apertas habent, hisce sine discrimine sive naturaliter sive per intervencum morbi hujusmodi infortunium iis accesserit testamenti faciendi potestatem non denegat d. l. 10. C. qui test. fac. poss.

X X I.

Sexto cæci testamentum facere non possunt §. 4. Inst. quib. non est perm. fac. testam. nisi testentur secundum formam in. l. 8. C. qui test. fac. poss. præscriptam.

X X I I.

Septimo quoq; testari prohibentur & illi, qui alieno juri subjecti sunt ut filius familias p. 2. Inst. quib. non est perm. fac. testam. l. 3 §. 1. C. qui testam. fac. poss. hi enim ne patre quidem consentiente jure testari possunt. d. princ. l. 6. in pr. l. 16. l. 19. ff. qui testam. fac. poss. licet mortis causa donare patre permittente, non prohibeantur, l. tam us 25 §. 1. ff. de Mort. caus. donat. Dn. Lind. Exer. 3. tit. 12. Th. 3.

X X I I I.

De peculio vero castrensi & quasi castrensi filius familias recte testatur. §. fin. Inst. de milit. testem. & d. p. Inst. quib. non est perm. fac. testam. hæc enim, illorum propria sunt d. princ. vers. ex hoc intelligere possumus l. 1. §. 15. ff. de Collat. bonor. unde & iis vice patrum familiarum funguntur, ut loquitur l. 2. ff. de S. C. Macedoni.

X X I V.

Nun autem filius familias de adventitiis bonis, quorum usus fructus parenti non acquiritur testamentum facere possit magna est quæstio. Multi sunt qui eam affirmant, ut Gothofred. & aliq.
Ego

Ego vero cum Ampl. Dn. Lind. contrarium amplector per l. 11. & ult. C. qui testam. fac. poss. Fachn. l. 5. Controv. 94. Quamvis libera de hisce inter vivos dispositio ipsis permittatur N. 117. Cap. 1.

X X V.

Ob potestatem porro a testamenti factione repelluntur, servi l. 16. & 19. ff. h. t. cum & alias in jure civili pro nullis habeantur l. 32. ff. de R. I. l. 209. t. eod. Hodie vero cessante inter christianos vera servitute, jus illud quoq; non immerito cessare deberet, consuetudo tamen loci hoc in casu potissimum poterit observari.

X X V I.

Huc referuntur & Monachi qui ingredienti monasteria ipso ingressu se suaq; monasterio dedicant. Aurb. Ingressi. C. de S. S. Ecclesia. Novell. 5. c. 5. si vero habent liberos, dispositio ipsis permittitur, modo debita pars monasterio relinquatur. Aurb. si qua mulier. C. S. S. Eccles. Nov. 123. cap. 38.

X X V I I.

Capti ab hostibus etiam intestabiles sunt l. 8. ff. h. t. §. fin. Inst. quib. non est. perm. fac. test. quoniam hostium servi fiunt §. 4. Inst. de jure. pers. unde non valet ejusmodi testamentum apud hostes factum, licet is qui fecit redierit d. §. fin. & d. l. 8. in princ.

X X V I I I.

Sed testamentum quod ante captivitatem factum est semper valet, siue captus redierit siue non, si redierit, valet jure postliminij. l. 16. ff. de captiv. & post §. 5. Inst. quib. mod. ius pat. pot. solv. §. ult. Inst. quib. non est perm. fac. test. si vero decesserit apud hostes valet ex lege Cornelia. l. 12. ff. qui testam. fac. poss. d. §. ult.

X X I X.

Obsides quoq; testari non possunt nisi hoc ipsis a principe permittatur l. 11. ff. h. t. hi enim licet captivi non sint, his tamen, qui apud hostes vivunt, non sunt assimiles. l. 31. ff. de jure fisci. Myns. ad §. ult. h. t.

X X X.

De statu suo dubitantes intestabiles sunt. l. 14. & 15. ff. qui testam. fac. poss. nam illi certam legem testamento dare non possunt l. 14. ff. h. t.

X X X I.

Sic damnati ad mortem civilem vel naturalem amittunt, quoq; testamenti factionem *l. 8 §. fin. ff. h. r.* nam pænæ servi efficiuntur *l. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. & c. nisi appellaverint l. 13. §. 2. ff. h. r. v. esenb. tit. qui testam. fac. n. 13.*

X X X I I.

Utrum autem hodie testamenti habeant factionem quaeritur? probabilis videtur eorum sententia, qui ipsis hoc permissum existimant quoniam damnationi publicatio donorum hodie non adhæret *Auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum.* neque servi pænæ efficiuntur *N. 22. C. 8.* verum cum d. *auth. libertatem testandi.* ipsis neutrquam tribuat, neq; lex ulla libertatem testandi permittens existat, ideo nec hodie eam damnatis concessam esse dicendum est. *Schneid. ad §. 1. Inst. h. r.* quamvis de consuetudine contrarium observetur *at testante Ampli Dn. Lind. Exerc. 3. tit. 12. th. 12*

X X X I I I.

Speciatim quoq; ex legibus intestabiles esse jubentur, damnati ob crimen læsæ majestatis *l. fin. ff. ad L. Iuliam Majest. Auth. bona damnatorum C. de bonis proscrip.* ut & ab carmen famosum *l. 18. §. 1. ff. h. r. l. 21. ff. de testibus l. 5. §. 9. ff. de injur.* Hæretici quoq; et eorum receptatores *l. 4. §. 5. & auth. credentes C. de Hæret. & manich. & alij nonnulli de quibus v. passim Dd. hic.*

X X X I V.

Vasallus tandem & de feudo suo testari prohibetur *c. 1. de success. feud. 1. F. 8.* nulla enim ordinatio defuncti in feudo manere & valere debet *d. c. 2.*

X X X V.

Et tantum de primo, personis sc. quæ testari non possunt. Sequitur jam alterum, quomodo nimirum testamentum recte & secundum regulas curis confici debeat.

X X X V I.

Utrum autem illud fiat, sequentia hæc bene observanda veniunt: primo enim requiritur, ut testator heredem instituat *l. 1. ff. de hered. inst.* nam hoc caput ac fundamentum est totius testamenti *§ ante 34. Inst. de legat. & sine heredis institutione, nihil in testamento scriptum valere dicitur in l. 1. §. 3. ff. de Vulg. & pup. subst.*

X X X V I I.

Secundo: ut filios in potestate existentes, aut nominatim exheredet, aut instituat. *pr. Inst. de Exhered. liber. l. inter cætera 30 ff de liberis & posth. hered. inst.* Si enim illos silentio præterierit inutiliter testabitur *d. pr. inst. de Exher. liber.*

X X X V I I I.

Tertio: ut septem testes adhibeantur, omni exceptione majores puberes, masculi &c. §. 3 §. 6. 7. 8. & seqq. *Inst. de testam. ord. l. 20. ff. qui test. fac. poss. l. 12. C. de testamentis & specialiter ad hoc rogati l. hac consultissima 21. C. eod. l. 21. §. 2. ff. qu. test. fac. poss. Auth. rog. C. de test.*

X X X I X.

Quarto, ut testes sint præsentis & in conspectu testatoris, ita ut non solum ipsum audire sed & videre queant *l. 9. & l. 12. in pr. C. de testam.*

X L.

Quinto, ut testator, quoties neminem scire vult ea, quæ in testamento scripta sunt, clausam involutamq; proferat scripturam, eamq; suum esse testamentum dicat, & signandam subscribendamq; offerat testibus omnibus simul *l. hac consultissima 21. C. de testam.*

X L I.

Sexto, ut testes omnes propria manu subscribant §. 3. *Inst. h. t. l. 22. §. si quis 4. l. singulos. 30 ff. h. t. & signent, d. §. 3. & §. possunt Inst. h. t. d. l. 22. §. 2. ff. eod. nisi sit in tali loco ubi tot literati non inveniuntur nam tunc alium pro alio subscribere posse, nullus dubitavit *l. fin. C. de testam.**

X L I I.

Septimo, ut testator ipse subscribat *d. §. 3. Inst. h. t. l. hac consultissima 21. C. de test.* nisi sua manu totum testamentum conscripserit, & hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod sua manu confecit tunc n. sufficit totius testamenti scriptura, nec alia subscriptio requiritur. *l. cum antiquitas 28. §. 1. C. de testam.* si vero literas nesciat, vel subscribere nequeat, octavus subscriptor adhibendus erit *d. l. hac consultissima 21. vers. quod si literas* Quod vero in *l. jubemus 29. C. de testamentis & in §. sed his omnibus 4. instir. eod.* dicitur, nomen heredis per manus testatoris esse exprimendum hoc per *Novell.*

B

119. C. 9.

119. c. 9 & auct. & non observato C. de test. ipse Justinianus correxit & remisit.

X L I I I.

Tandem ut omnia in eo fiant unico contextu, nullo actu extraneo interveniente d. §. 3. l. hæredes 21. §. fin. ff. Qui testam. fac. poss. l. 20. §. & veteres 8. ff. eod. quomodo autem in fiat docet l. cum antiquitas 28. C. de testam.

X L I V.

Hactenus de testamento solemnibus in scriptis jam de modo testandi sine scriptis sive nuncupativo testamento.

X L V.

Est autem testamentum sine scriptis sive nuncupativum, quando testator coram septem testibus, specialiter ad hunc actum rogatis, suam ultimam voluntatem declarat, hæredemque palam, omnibus testibus audientibus, instituit & nuncupat l. 21. ff. h. t. l. 23. §. 2. l. 29. Vers. quemadmodum C. de testam. §. fin. Inst. de testam. ord.

X L V I.

Potest etiam hoc testamentum in scripturam redigi nec propterea nuncupativum esse definit arg. l. 4. ff. de pignoribus l. 4. ff. de fide instrum.

X L V I I.

Hodie Notarius majoris fidei & cautionis gratia plerumque adhiberi solet, qui totum actum testamenti conditi describit Ampl. Dn. Lind. Exerc. 3. tit. 10. th. 33. hoc amplius observato quod Notarius adhibitus etiam in numero testium computetur Const. Imper. Anno 1612. Colonix publicata sub tit. vom Testament s. vnd sollen die Notarien auffmerckung haben &c.

X L V I I I.

Hæc autem omnia unico contextu, h. e. eodem tempore omnibus presentibus, nullo actu extraneo interveniente, expediri debent l. 20. §. 8. l. 21. §. fin. ff. h. t. §. 3. Inst. de test. ord. l. 21. §. 2. C. de Test.

X L I X.

Tantum de Testamentis solemnibus, jam recta via proponenda veniunt quæ ad testamenta minus solemnibus pertinent, in quibus prædictæ solemnitates aliquantulum sunt remissæ.

L.

Hic primo se offert testamentum militis in expeditione dignis, Militibus enim permissum est, quoquo modo velint ac possint

possint, facere testamenta l. i. l. 40. ff. de testam. milit. pr. & §. 1. Inst. de testam. milit. etiam si quid in vagina aut clypeo literis sanguine suo rutilantibus adnotaverint aut in pulvere gladio inscripserint. l. 15. C. de testam. milit.

Qui vero testantur sine scriptis, coram duobus testibus voluntatem suam postremam aperire tenentur §. 1. Inst. de testam. milit. Ampl. Dn. Lind. Exerc. 3. tit. 11. th. 1.

L I I.

Et si extra aciem domi testantur, secundum juris communis dispositionem, adhibitis solemnitatibus, testari tenentur, sed haec tenentur. Inst. de testam. milit.

L I I I.

Ad privilegia haec militibus competentia accedit, quod miles mutus & surdus casu tamen factus jure militari recte testetur §. 2. Inst. h. t. l. 4. ff. h. t. etiam si scribere non possit, modo aliis signis voluntatem suam declaret. l. 40. in pr. ff. h. t. Ampl. Dn. Lind. Exerc. 3. tit. 11. th. 3.

L I V.

Potest etiam miles pro parte testatus pro parte intestatus decedere l. 6. l. 19. & l. 37. ff. de test. milit. l. 2. & 8. C. eodem. l. 7. ff. de R. I.

L V.

Quærent autem interpretes quid juris in limitaneis & stationariis: Et cum hi quoque ob subita pericula & incursionum metum in hostili loco esse censeantur idem ad eos extendi, posse existimo l. 1. ff. de bon. poss. ex testam. milit. l. fin. ff. h. t. Ampl. Dn. Lind. Exerc. 3. lit. 11. th. 2. Haenon. disp. 3. pand. th. ult. l. 4.

L V I.

Hic quæri etiam solet; num milites nostri temporis hisce privilegiis gaudeant. Et licet quidam opiniantur privilegia militaria, militibus nostri temporis non competere, verior tamen mihi videtur illorum sententia, qui statuunt etiam hodie ejusmodi privilegiis nostram militiam ornatam esse, cum rationes eadem in his militent & maxime cum nulla constitutione imperatoria hujusmodi privilegia sublata reperiantur, quod tamen potissimum verum est si in bello licito & justo militant.

L V I I.

Hoc tamen notandum quod Maxim. Imp. in d. *const. sub. tit. vom Testamenten* / §. vnd sollen inter militem in expeditione seu castris extra conflictum degentem, & inter militem in acie distinguat; & hujus testamentum sine testibus probet, ad illius vero duos testes requirat.

L V I I I.

Secundum testamentum minus solemne est testamentum parentum inter liberos; parentibus enim ob singularem favorem & affectum rigidior illa solennitas est remissa *l. ult. C. de fam. mil. Erclsc. l. 21. §. 1. & Auth. quod sine. C. de testam. Fach. l. 4. Cont. 1. Henon. disp. 7. th. 2*, Non tamen ab omnibus juris civilis solemnitatibus hoc testamentum omnino liberum, est, sed si velit testamentum in scriptis condere parens & literas sciat; solemnitates in *Novell. 107. c. 2.* expressas observet necesse est.

L I X.

Item testamentum minus solemne est rustici, quibus quoque legū observatio in multis remissa est. Illi enim coram quinque testibus, si plures habere nequeunt, testari possunt, & si non omnes illi testes literas sciunt, literati pro aliis subscribere possunt *l. fin. C. de testam.* Jura enim & rusticis ob simplicitatem subveniunt *l. 2. §. 1. ff. Si quis in jus voc. l. 1. §. 5. ff. de edendo.*

L X.

Similiter testamentum factum ad pias causas, quo testator bona sua Ecclesie, aur pauperibus, vel etiam in redemptionem captivorum relinquit, tribus aut duobus testibus subsistit *per text. Iur. Can. in cap. 11. ext. de testam.*

L X I.

De testamento tempore pestis facto magna est controversia, utrum coram minori numero testium, quam regulariter alias requiruntur, subsistat. Multi statuunt numerum ob pestis vehementiam remissum esse *ut Vult. ad §. 5. n. 29. Inst. h. t. Bronch. Cent. 2. miscell. controu. assert. 12. & alij*, utrum autem juri Justiniano conveniens sit illorum sententia quaeritur? Negativam verba *l. 8. C. de testam.* expresse evincunt. *Ampl. Dn. Lind. Exerc. 3. thes. 12.*

F I N I S.

possint, facere testamenta l. i. l. 40. ff. de testam. milit. etiam si quid in vagina aut cly suo rutilantibus adnotaverint aut in pulvere milit. C de testam. milit.

L I I.
Qui vero testantur sine scriptis, coram voluntatem suam postremam aperire tenentur milit. Ampl. Dn. Lind. Exerc. 3. tit. 11. ch. 1.


L I I I.
Et si extra aciem domi testantur, securis dispositionem, adhibitis solemnitatibus sed hactenus. Inst. de testam. milit.

L I I I I.
Ad privilegia hæc militibus competentes miles mutus & surdus casu tamen factus iuratur §. 2. Inst. h. t. l. 4. ff. h. t. etiam si scribere non signis voluntatem suam declarat. l. 40. in pr. ff. Exerc. 3. tit. 11. ch. 3.

L I V.
Potest etiam miles pro parte testatus procedere l. 6. l. 19. & l. 37. ff. de test. milit. l. 2. & 8. C. eo

L V I.
Quærunto autem interpretes quid juris in onariis: Et cum hi quoque; ob subita pericula & tum in hostili loco esse censeantur idem ad existimo l. 1. ff. de bon. poss. ex testam. milit. l. fin. ff. h. t. exerc. 3. lit. 11. ch. 2. Hanon. disp. 3. pand. th. ult. l. a.

L V I I.
Hic quæri etiam solet; num milites ne privilegiis gaudeant. Et licet quidam opinio litaria, militibus nostri temporis non competenti mihi videtur illorum sententia, qui statuunt modi privilegiis nostram militiam ornata eadem in his militent & maxime cum nulli peratoria huiusmodi privilegia sublata reperit potissimum verum est si in bello licito & iusto



Inst. de
guine
serint.

stibus
estam.

nmu-
entur,

quod
te te-
o aliis
Lind.

us de
l.

z stati-
a me-
posse
nd. Ex

hicce
a mi-
amen
ejus-
iones
e im-
amen

Hoc